Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale Bursfeldense - Cod. Schwarzach 9

[Hirsau], [1472-1475]

Oracio post selebracionem d.b.v.

urn:nbn:de:bsz:31-216528

Visual Library

ꝯfirios tuarum Qui tenentissime
obtulisti pro salute mundi in ara
crucis holocaustum Qui es be/
nedictus in secula seculorum Amen

Oro post celebracionem d. hv.

Eya ergo domina peccatorum advo/
cata pyssima virgo maria, illos
tuos misericordes oculos ad me peccatorem
et indignum Ostende mihi ecclesie mi/
nistro indigno. ac Jhesum benedictum
ventris tui fructum, quem iam
iam in officio misse pollutis labiis
immundis manibus, et in devoto ore/
de [illegible] satis tractavi/
consecravi/ obtuli/ ac sumpsi post
hoc exilium ostende. Oremus

Oracio. O dulcis virgo Maria dom-
ptrix pro me qui tam multis scele-
ribus et peccatis involutus ad tanta
misteria tractanda indignus accessi
Age ergo mater miserorum propria
mediatrix dei et hominum, auxilia-
trix peccatorum, reparatrix lapso-
rum, illuminatrix cecorum, et ad-
vocatrix omnium peccatorum, age virgo
mea apud clementem filium tuum
cum omnibus sanctis et electis dei
et specialiter patronis meis. Et
istius sancti in cuius commemoracione
hodie missam celebrari, ut tua
intercessione dignetur et velit
hoc sacrificium corporis et sanguinis

sui plando atque sereno vultu suscipi-
re pro omnibus delictis meis prin-
cipaliter, atque pro felici statu sancte
vniuersalis ecclesie / pro omnibus eandem
in vtroque statu regentibus et di-
rigentibus et pro omnibus quorum
ego generaliter et specialiter debitor
sum tam viuis quam defunctis
fac ergo virgo maria vt tua inter-
cessione hec sacrificium subueniat
michi et omnibus viuis in sa-
lute et omnium peccatorum nostrorum
remissione defunctis ad requiem et
veniam / tibi quoque et toti curie cele-
sti in laudem et gloriam sempi-
ternam Amen Alia post lev/